omnes Thurzanskie ad id negotii transigendum nominat duosque nobiles qui pro tunc adesse poterint quo ad interesse sui pertinet per eius sua recognitione mediante Consentit submittendo se id totum quicquid per praefatum divisorem ceterosque ad id negotium Confi ciendum deputat ad suum finem factum gestum Constitutumque fuerit aequo et grato animo suscepturum esse sub vadio Centum viginti marca rum pecuniae monetae et numismatis polonicalis Praeterea memoratus recognoscens sese cum successoribus suis in et super bonis suis generaliter omnibus submittit obligat et inscribit tandem divisionem sortiumque ab invicem separationem tum dum divisores cum ministerialibus praefato et nobilibus duobus quocunque intra tempus suo negotio perficiendo destinatum die ac tempore ad eandem faciendam venerint non impugnare nec ullo modo impedire vel inter turbare quinimo ultro ac benivole admittere sicque factam et perfectam perpetuis ac continuis cum successoribus suis inviolabiliter observare Nec non tandem post Continuationem et determinationem sui in persona sua in simul cum ceteris suis negotii comparticipibus Thurzanskie Coram officio et actis praesentibus Castren Premislien cum transportatione pro obtinendo debito robore ad acta terrestria Premislien recognoscere sub vadio Centum viginti marcarum pecuniae monetae et numismatis polo nicalis quibus ad solvendum succumbere Ceterum praenominatus re cognoscens se cum successoribus in et super bonis suis omnibus obligat et inscribit Autem inscriptionem ex actis praesentibus Castren Premislien ad decursum anni transferre et transportare similemque ibidem recognitionem facere sub vadio Centum viginti marcarum pecuniae polonicalis Pro quo quidem vadio seu vadiis quorumque ex re causa succumbit et succumbere quibus se recognoscens

cum successoribus suis praenominatis Thurzanskim citare permisit tum recedendo ab omni suo proprio foro et competenti Coram praesenti Castren Premislien officio Iure ad tunc praesenti respectu Cum successoribus bonisque suis omnibus ultro incorporat in primo statim Citationis termino tanquam peremptorio stare in iure parere ac loco responsionis pro praefato vadio seu vadiis pro quo et quibus citatus fuerit successoresque ipsius fuerint ab officio non recedendo re ipsa satisfacere decretumque et omne adiudicatum pati ubi successoresque tenebuntur ubi quibus opus fuerit Terminum ipsum primum peremptorium et alios sub eisque nullis modis et coloribus Motionibus appellationibus earumque per adcitationes prosecutionibus Evasionibus proventibus suspensionibus poenis trium et tertiarum marcarum dillationibus ad quaestionem munimenta additione pro maiori vera vel simplici infirmitatibus Lexis et aliis qui busvis servitiorum quorumvis evocatione de terra et dictis minorennitatis successorum Conventione generali et particulari aliisque quibusvis legalibus impe dimentis statutis et Constitutionibus publicis regni descriptis et non descriptis differendo prolongando atque se eximendo Nihil sibi cum successoribus suis in auxilium Contra inscriptionem praefatam eiusque defectum recipiendo suo cum successorum suis omissione totius causae lutione vigore praefati vadii et vadiorum quo et quibus solutis utique inscriptionem praesentibus et aliis eius contentis praedictus recognoscens cum successoribus suis ubi quibus opus fuerit satisfacere tenebitur Nulla proveniente diuturnitate taciturnitateque temporis abususque inscriptionibus praesentibus in praemissis omnibus obstante.

Hordinski obligat alteri

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castren Premislien

Nobilis Kostis Hordinski Romanowicz a terris dictis
dictibus iuribusque suis quibusuis recedendo foroque competenti re
nunciando Huic iuri ac iuris dicioni Castren Premisliensi se cum succes
soribus ac bonis suis omnibus quo ad actum et effectum praesentis inscri
ptionis attinet incorporando et subiciendo sanus mente et cor
pore existens palam ac per expressum recognouit Quia Nobili
Jacobo Hordinski Jablkowicz et eius successoribus legittimis
Bona sua hereditaria vel Agrum alias Niwe in loco nuncupato
na Salietzinie in fundo et hereditate villa Hordina iacentem
Cum omni iure dominio et proprietate omnibusque eorundem bonorum
attinentiis et pertinentiis fructibus censibus prouentibus ac vtilitatibus quibus
vniuersis nullis exceptis et exclusis in summa Duodecem florenorum
pecuniae monetae et numeri polonicalis obligauit inuadiauit et modo obli
gatorio inscripsit prout praesenti inscriptione obligat inuadiat et modo
obligatorio inscribit ad festum Natiuitatis Christi domini proximum
et a festo Natiuitatis Christi domini proxime venturo in et pro
dicta exemptione et summae praedictae solutione ad aliud simile festum et sic
deinceps de anno ad annum annis sese continue et immediate sequentibus
vsque ad exemptionem et summae praedictae omnimodam coniunctimque soluti
onem Dans et admittendo eidem iam ex nunc Coram officio praesenti in
bona praedicta realem intromissionem cum actuali et pacifica possessione in bonisque
eisdem interea temporis dum ad ipsum acceptandam Cum ministe
riali generali Russiae quocunque et nobilibus venerit datum
et admissum illamque non impugnaturum neque quouis modo oppedi
turum sed sub poenis in bonis suis omnibus obligat et inscribit
sub vadio Duodecem florenorum pecuniae monetae polonicalis Apprehensaque

huiusmodi reali intromissione cum actuali et pacifica possessione Per ipsum Jacobum
Hordinski et eius successores bona praedicta praesentibus ipsi impignorata
in summa praedicta Duodecem florenorum pecuniae monetae polonicalis ad tem
pus suprascriptum et ad effectum pro tunc exemptionis de anno ad an
num vsque ad exemptionem et summae praedictae omnimodam Coniunctimque
persolutionem iuxta cursum et Consuetudinem terrestrem tenendi habendi pacifi
ceque et quiete modo obligatorio possidendi. Tenebiturque idem
recognoscens prout se praesentibus cum successoribus suis in et super bonis suis
quibus omnibus obligat et inscribit Eundem Jacobum Hordinski
et eius successores in bonis praedictis et occasione eorundem ab omni impeti
tione iuridica et extraiuridica quarumuis personarum sexus status
ac Conditionis cuiusuis existentium Necnon inscriptionibus prioribus
et posterioribus debitis vinculis reformationibus cuiuscunque personarum
factis seu faciendis Tum citationibus conuictionibus adcitationibus summo
tionibus lucris perlucris productis seu perducendis quibus opus fuerit tueri
deffendere euincere eliberare intercedere bonaque eadem semper immunia
ac libera facere Necnon ipsemet possessionem pacificam bonorum eorundem
eorum vel eius posteris quouismodo opponere et submisas quasuis personas
expedire et adimere Sub vadio Duodecem florenorum pecuniae polonicalis
Porro se cum successoribus in bonis suis quibus omnibus obligat et in
scribit praesentem inscriptionem ex his actis ad acta terrae Premisliensis intra
decursum vnius anni transportatur Sub vadio Duodecem
florenorum pecuniae monetae et numeri polonicalis Pro quo quidem vadio
seu vadiis exquarumque reclamatione solui debent et succumbendi
superius nominatus recognoscens cum successoribus suis eidem Jacobo
Hordinski vel eius posteris citare permiserit Totiens quotiens

dendo ab omni suo proprio et competenti foro Coram praesenti Castren
Praemislien Curiae actibus praesentibus respectu Cum successoribus ac bonis suis
omnibus ultro subicit Semper in primo Citationis termino tanquam
peremptorio stare iuri parere ac loco responsionis pro vadio pro
quo Citatus eius successores citati fuerint ab officio non recedendo re
ipsa satisfacere praestitaque satisfactione pro eodem vadio Contenta
inscriptionis implere et exequi tenebitur et eius successores erunt astricti tubus quibus
opus fuerit Terminum ipsis primum peremptorium et alios sub eo
quem Nullis modis dilationibus Notionibus appellationibus earumque
per adactionibus prosequutionibus evasionibus promotionibus suspensionibus
partibus tertium marcarum dillationibus ad quietationem ac legalibus qui
buscunque impedimentis differendo et enucleando suo secum successoribus omnibus
iuris remediis Ulti renunciando Suo et suorum successorum sub amissione
totius Causae Nulla tradi prout in praemissis omnibus obtentum.

Actum in castro Premislien
si feria sexta ipso die festi sancti

24/VI. Sancti Ioannis Baptistae Anno domini Millesimo Quingentesimo
octuagesimo Tertio Coram Generosis Alberto Lutoslawski Gla
difero terrae Vicecapitaneo et causarum officii Iudice Dobrogostio
Zapolski Nottario castren Praemislien officio et actis praesen.

Kraiowski quietat Buchowsky

Comparens personaliter Coram officio et actis praesen Castren Praemislien
Nobilis Martinus Kraiowski A terris districtibus iurisdictionibusque
suis quibuscunque propriis recedendo foroque et iuribus dominii competenti
renunciando Huic officio iuribusque omnibus Castren Praemislien se cum succes
soribus ac bonis suis omnibus quo ad actum hunc attinet incorporans

obiiciendo Sanus mente et corpore existens ac per expressum recognovit.
Quod a Nobili Alberto Buchowski Summam Quinquaginta flo
renorum pecuniae monetae et numeri polonicalis debiti certi ratione sibi per ipsum
Coram iudicio terrestri Praemislien recogniti solutique et reponi Circa officium
et acta praesentia pro die hodierna eisdem actis terrestribus inscripti in bonisque
certis assecurat Totaliter et in solidum tullit recepit et manualiter leva
vit levatamque ad se tullit Ratione cuius receptionis eundem Alber
tum Buchowski et eius successores de eadem summa Quinquaginta flo
renorum pecuniae monetae et numeri polonicalis quietat liberumque et immunem eum
ipsiusque Successoribus facit et pronunciat temporibus perpetuo duraturis
Ipsamque inscriptionem in actis terrestribus Praemislien Contentam sibi ab
eodem Super summam praenominatam servientem Cum omnibus eiusdem Con
ditionibus punctis clausulis articulis ligamentisque et nexu Cassat an
nihilat mortificat obliterat perpetue ac iterum sibi et suis praedictis
ratione praemissorum aeternum imponendo silentium praesenti sua propria
recognitione mediante Quod memoriali firmatum est.

Actum in castro Premislien
Sabbatho in crastino festi

Sancti Ioannis Baptistae Anno domini Millesimo Quin 25/VI.
gentessimo octuagessimo tertio Coram Generosis Alberto
Lutoslawski Gladifero terrae Vicecapitaneo et causarum
officii Iudice Dobrogostio Zapolski Nottario castrensi
bus Praemisliensibus officio et actis praesentibus.

Dunkowski cum Oszolinski

Coram officio C. cum praesidebat Generosus Albertus Lutoslawski